

rerum gestarum et magnitudine vel spei vel periculi pares. Sed et numero superior Romanus erat et animo, quod iam equites, iam elephantos fuderat, iam prima acie pulsa in secundam pugnabat.

Liv., *ibid.*, 35. 1-4

In tempore Laelius ac Masi-
nissa, pulsos per aliquantum spatii
secuti equites, revertentes in a-
versam hostium aciem incurrere.
Is demum equitum impetus per-
culit hostem. Multi circumventi
in acie caesi; multi per patentem
circa campum fuga sparsi tenente
omnia equitatu passim interie-
runt. Carthaginensium sociorum-
que caesa eo die supra viginti
milia; par ferme numerus captus
cum signis militaribus centum tri-
ginta duobus, elephantis undecim.
Victores ad mille et quingenti ce-
cidere. Hannibal cum paucis equi-
tibus inter tumultum elapsus cum
Hadrumetum refugisset...

Liv., *ibid.*, 36. 1

Scipio confestim a proelio ex-
pugnatis hostium castris direp-
tisque cum ingenti praeda ad
mare ac naves rediit...

Liv., *ibid.*, 44. 8

Nulla magna civitas diu quiescere
potest; si foris hostem non habet,
domi invenit...

media hastatorum acies esset. Ita
novum de integro praelium or-
tum est... quippe ad veros hos-
tes perventum erat, et armorum
genere et usu militiae et fama re-
rum gestarum et magnitudine vel
spei vel periculi pares. Sed [et] nu-
mero Scanderbeganus superior erat
et animo, quod iam equites levis
armaturae, iam cataphractos fu-
derat, iam prima acie pulsa in se-
cunda[m] pugnabat. In tempore
Moses et Giuriza pulsos per ali-
quantum spaci secuti equites, re-
vertentes in adversam hostium
aciem incurrere. Is demum equi-
tum impetus perculit hostem.
Multi circumventi in acie¹ caesi,
per patentem circa campum fuga
sparsi, obsidente omnia equitatu,
passim interierunt. Appulum so-
ciorumque caesa eo die supra quat-
tuor milia, mille ferme viri capti
[130 v.] sunt cum signis XXV. mili-
taribus. Victores ad mille cecidere.
Comes Iacobus cum duce Johanne
paucis equitibus inter tumultum
elapsus perfugit... Scanderbegus
confestim expugnatis hostium ca-
stris direptisque cum ingenti praeda
Neapolim una cum rege Ferdi-
nando clarissimo triumpho in-
vectus est...

Barl., *ibid.*, XI, 143 v.

Nulla est ita magna civitas aut
populus, qui si foris hostem non
habeat, domi non inveniat...

¹ Nel testo errore di stampa: *unave*.